1580

inscriptam cum omnimoda potestate eiusmi inscriptionis suæ ac parata tuitione intrositione bonorum possessione ligamentis et utilibus omnibus in original inscriptionibus contentis accepta sua sufficienti satisfactione in eaque summa demittit Ac intromissionem realem cum pacifica possessione per nobilem et nobiles duos acceptandam dat et admittit.

Sokolowski Abrenunciatio cum Submissione

Coram officio et actis præsentibus Castrensibus Branscensibus personaliter comparens nobilis Gregorius olim Stany Stypulkowski sanus mente et corpore existens palam publice libereque recognovit. Quia sibi Nobilis Marianus olim Raphaelis Sokolowski pro omni et integra dote ac paraphernalibus cunctis nobilem Annam Sokolowska conthoralem suam futuram in matrimonium desponsatam filiam vero ipsius de bonis ipsius paternis concernentibus satisfecit et plenarie persolvit ideo ipsum ob sufficientem satisfactionem quietat bonisque omnibus paternis et maternis in bonis Wnory Kurzele et Sokoly Jarwiny tantum sitis abdicat et abrenunciat perpetuis temporibus, exceptis bonis maternis in bonis Wnory Wiechy sitis. Submittitque se ipse recognoscens ac se de bonis suis omnibus una cum successoribus suis inscribit memoratam nobilem Annam Sokolowska post contractum matrimonium in duodecem septimanis ad approbandam præsentem quietationem vel denuo aliam faciendam statuere Sub vadio centum Marc. Polon. Et coram officio præsenti Castrensi Branscensi præmissa inscriptione omnibus in universum iuris remedys et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores utriusque abrenunciantibus Submissione suæ suorumque successorum totius causæ.

Markowski Cessio.

Coram Officio et actis præsentibus Castrensibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Joannes olim Joannis Markowski de Wolka Markowska sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Valentino olim Pauli Markowski et ipsius posteris de omni et integro iure suo seu inscriptione donationis sibi recogniti per nobilem Simonem olim Georgii Markowski coram actis hisce super certam partem prati in bonis Markowska Wolka consistentibus facta et inscripta Cum pleno iure eiusmodi inscriptionis suæ ac parata intrositione possessione tuitione et ligamentis omnibus in originali inscriptione contentis accepta satisfactione cedit Omneque et integrum ius suum sibi ad præmissa serviens in personam eius successorumque ipsius transfert et transfundit Ac intromissionem realem cum pacifica possessione per nobilem et nobiles duos acceptandam dat et admittit.